

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epigrammatum Ioan

Owen, John

Amstelodami, 1669

Nobilißimi D. Joach. Morsii Epistola

urn:nbn:de:bsz:31-101098

Nobilissimi

D. JOACH. MORSII

EPISTOLA

Ad V. Cl.

D. OWENUM, &c;

Celeberrime Domine OWENE, fautor
& amice pl. observande,

Cum in Britanniam Vestram abeat nobilis & præclarus Vir, GOTFRIDUS HEGENTIUS noster, charissimum Phæbo & Musis caput, committendum mihi non putari, quin ad te scriberem, memoriamque tibi suavissima illius conversationis recentarem, qua me & JACOBUM FETZERUM, Patritium Noricum, annis aliquot retro, sapiens apud vos beasti. Nunquam singularis tua pietas, eruditio incomparabilis, ac virtutes eximia effluere ex animis nostris possunt: quarum nos nullibi non apud optimum quemque præcones grati vivimus.

Certe nulla dies elapsa, quod non cum presentium exhibitore amicissimo (quamdiu Hamburgi commemoratus fuit) sermones honorificos de te habuerim: vel potius in deprædicatione immortalium tuarum laudum cum eo non certarim. Si quis enim in Germania, qui nobiscum Te summopere admiratur, & iusto aestimio ob divinas ingenii tui celestis dotes colit, hic ipse est: quem æternum tua præstantiæ obligaris, si ejus fidei & amori concredes

des nova quedam inedita tua Epigrammata, The-
spiadum in ade locanda. Quod ut facias, cumque
benevolentia & familiaritate digneris, non solum-
modo ego cum illo; sed & melior pars cordis nostri
FETZERUS, post longinquam peregrinationem
suam, per omnes prope totius terrarum orbis plagas
in patriam redux (ubi jam consiliarii & legati mun-
dere fungitur,) unice nobiscum te obsestat.

Nihil enim aureis tuis versiculis venustius, nera-
vosus, argutius, & doctius uspiam reperitur. Non
tantum provocasti omnem ubique Antiquitatem:
verum & longe lateque illam in specimine hactenus
publicatorum superasti, in quo nihil vastum, inane,
turgidum; nihil dissolutum, exsangue, vel spino-
sum, atque abhorrens à noto genero & modo loquen-
di: sed cuncta pressa, apta, pudica, perspicua &
scite confersa salibus, jocos, lepore, ac naturalis
sua pulchritudine exsurgentia, existens: sic ut iis
nihil addi, nihil demi queat. Vale decus seculi no-
stri, & me veteri tuo affectu orna, in ejusque tes-
tificationum me aliquando politissimis tuis literis
& carminibus invise. Dabam cursim Hamburgi,
anno era Christiane M DC XXVII. exennie Junio.

Subitaneis inclusi hifce ex Epigrammatibus
D. HEGENITII, quod superioribus diebus
in honorem vestrum scriptum mecum communi-
cavit. Peto ut illud cum meis extemporaneis &
inconcinnis, tua humanitas egregia benigno vul-
tu excipiat.

G. HE-